

S. Fulgent. Qui secundum Deitatem semper unigenitus fuit sine fratribus, factus est secundum hominem primogenitus in multis fratribus. Et quidem primogenitus dicitur Christus D. quia homo est, ante omnem creaturam; non quia genitus sit reliquis creaturis prior secundum rem, seu ordine executionis, ut loquuntur Scholastici, sed prior dumtaxat ordine intentionis, predefinitionis, seu predestinationis. Vide Soarium nostrum in 3. p. q. 27. disp. 1. Et nos nonnihil vestigabimus infra, ubi de Virginis primogenitura.

SECTIO V.

Dominica Incarnationis magnalia expenduntur, retenta oris, & vocis metaphora.

340 In primis totum Incarnationis opus, utpote divinissimum, uni Deo precipuo illius opifici, & per appropriationem quandam Spiritui sancto deferendum, in confesso est. Ut enim Angelus ad Deiparam Luc. 1. 35. Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quod venuste probatur ex eo quod Christus D. ex ore Altissimi dicitur procedere, sermonis, seu vocis ad instar. Accipe ex mente D. Thomae Angelica pulchrum effatum. Sic ille in Opusc. 2. compendii Theologiae c. 219. quaerens causam formationis corporis Christi, statuensque esse Deum, & signatim Spiritum sanctum: Convenienter etiam hoc dicitur secundum similitudinem verbi, & spiritus: Verbum humanum in corde existens, similitudinem gerit aeterni Verbi, secundum quod existit in Patre.

S. Thom. Sicut vox humana per hominis Spiritum formatur, ita & caro Verbi per Spiritum sanctum. Abac. 3. 2. Ab Austro venit Christus, id est, a calore dilectionis.

Pharan, id est, os videns. S. Hieron. Mons umbrosus Dei para.

Obumbratio ad Spiritum S. spectat.

stat, qui Virginem texit, ac viri vices, partesque compensans ineffabili modo, ex purissima illius carne, & substantia Dei Verbo carne, & substantiam dedit. Sic divinum Verbum vocem assumpsit, formante illam Spiritu oris Dei: sic de Spiritu S. formatus est Christus.

341. Deinde, per illam oris, & vocis metaphoram mundissimus, ac purissimus commendatur Christi in Materno utero conceptus, & partus, Virgineo honore intacto, illibatoque. Vox enim nostra humana ore prolata intrat planè per aures, subitque audientis cor; & egreditur per os ex proferentis pectore, absque ulla vel audientis, vel proferentis corruptione, refectione, exasperatione, aut commutatione. Huc spectant gravissimi Ecclesiae Proceres, qui, ut Virgineam Deiparae puritatem commendent in Filii conceptione, autumant Christum fuisse progeneratum per Virginis aurem, per auditum. Ita Proclus Episcopus. Cyzicus Homil. de Nativ. Christi to. 6. c. 7. in Actis Concil. Ephes. Verbu per auditum illapsum. S. Joan. Damasc. l. 4. Orthodoxae fidei c. 15. circa finem: Per auditum quidem concepit, sed nativitas per consuetu parientium egressum. Et S. Ambros. lib. de Salomone c. 2. Venit Christus de caelo, aure concipiunt, utero portatur, & talis virgo Maria remansit postquam peperit, qualis antequam Verbum aure conciperet, & utero gestaret. Concinit S. Ennodius in Hymno S. Mariae Virginis.

Oris & vocis metaphora explicatur mundissimus Christi conceptus & partus ex Matre Virgine.

Per Virginis aurem sive auditum Christum conceptus dicitur.

S. Damasc.

S. Ambro.

S. Ennod.

Quid mens requiris ordinem? Natura totum perdidit, Hoc est salus, quod vincimur, Cum sola Virgo degeret, CONCEPIT AURE Filium, Supente factum corpore, Turgescit alvus Spiritu; Quod lingua jecit, sermo est.

Accedit S. Bruno Cartusianae Familiae Patrens, aequè doctus, ac sanctus, Ser. de Annuntiat. B. Virg. ad illud Pl. 44. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, ita praclare: Suscipe Verbum in corde, & in utero tuo Virgo concipies, & Virgo paries; quia per AUREM ingreditur in te, qui nascetur ex te; Verbum enim est, & via verbi auris est. Non enim aliter concepit Maria, nisi audiendo, & credendo auditu, & credendo concepit: Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Rectè etiam S. Fulgentius, vel, ut alii maluerunt, S. August. Ser. 11. de Nativ. Domini, vel inter Augustini Homil. 15. de tempore, & in appendice 24. Angelus sermonè jecit, Virgo concepit, conjunctio hac sine sordibus facta est, in qua & marius fuit sermo, & uxor auricula. Hoc splendore Filii Dei concipi debuit, hac munditia generari. Et in eadè appendice, Serm. 22. & de tempore 10. scribit: Expavit in partu suo Mater: Deus per Angelu loquebatur, & Virgo auribus imprægnabatur.

S. August.

342 Ex his Patrum effatis liquidò constat, Christum D. quia homo est, conceptum utique fuisse ad instar vocis ex ore Altissimi prodeuntis, & per aures in Virginis utero illapsae. Subtilissima est hæc generatio, in qua nihil impuritatis, nihil maculae apparet: cum Deus, Angelo internuntio, loquatur, & per spiritum oris Dominici sermo, sive vox efformetur in utero Virginis, proinde ac si per illius auriculas verbum ingrederetur, illudque audiendo conciperet. Sicut enim vox aures perneurat absque ulla corruptione; sic Dei Filius alvum

alvum Virginis ingressus est; ibique sibi induit humanam naturam, illasâ Puellæ Matris integritate, sine ullo Virginitatis dedecore.

343 Hinc illud Dei-genitricis elogium non semel à Patribus inculcatum; nimirum quòd Deipara Virgo in Christi conceptione, & partu, aeternam divini Verbi generationem, qua à Patre est, fuerit æmulata. Unum audiamus Theodotum Ancyrae Episcopum Homil. in Natali Salvatoris, Epheii habita ad Concil. Ephesinum, tom. 6. cap. 10. Dum sacra (inquit) divinaque scriptura unigenitum Dei Filium Verbum nominat, solam Navitatis ipsius incompatibilitatem per hoc insinuat; nam & humana quoque mens cura patibilitatem Verbum generat. Quasi eo ipso quòd aeternus Filius generetur ut Verbum, sequatur inde, generationem ejus esse omnino incorruptibilem, & purissimam: subindeque prima Trias, Virgo sit, uti canebat S. Nazianzenus Carmine de Virginitate. Cæterum audi quid subinferat Theodotus, ut Virgineam Deiparae integritatem commendet in Filii conceptione, & partu. Vide (ait) quomodo factum est inopinabile Sacramentum transcendens naturæ rationem. Quia enim est Verbum Dei, palam est, & ideo Virginitatem non solvit: quæ parit carnem puram, virginitatem non amittit: sed quoniam natus est carnaliter Verbum Deus, custodit virginitatem, seipsum RATIONEM ostendens. Quid luculentius? Satis dilucidè ostendit, Virgine, dum Christum generavit, & peperit, nihil amulatam Verbi divini generationem, & partum ex mente Paterna. Utriusque enim, aeterni Patris, & Deiparae Matris unus atque idem est Filius; qui cum Dei Verbum sit, conceptus, & partus mensus, & ventris, citra ullam concipientis, & parientis læsionem concipitur & paritur. Sed preme pro Deigenitricis integritate verba ista: Custodit Virginitatem, seipsum rationem ostendens. Pro rationem enim est in textu Græco vox λογος, quæ sermone significat: sermo autem, ut supra attigimus, oratio composita est, quæ magis accommodari debet Christo, ut est persona composita, Deus scilicet, & homo. Unde Tertull. lib. de Oratio. c. 1. Dei sermo, & Dei ratio, sermo rationis, & ratio sermonis, & spiritus; utrumque Jesus Christus Dominus noster. Ergo, inde Theodotus probat, Deiparam Mariam, illibatâ suâ Virginitate, Christum concepisse, peperisque; quia illum ut sermonem concepit & peperit; & ipse in conceptione, & partu se ipsum sermonem Paternum esse ostendit: sermonis enim ingressio, & egressio in corpus, & ex corpore absque ulla profus corporis corruptione, & commutatione fit. Rectè igitur S. Ambrosius Ser. 16. Quemadmodum Virgo Divinitas ediderat; ita eum & Virgo Maria generavit.

Theodotus.

S. Nazianz.

Theodotus.

Deipara Christum ut rationem, ut sermonem concepit, & peperit, ideo Virgo permansit.

Tertull.

S. Ambro.

Qua ratione Dei Filius in utero Virginis descendit, quæ solum Patris reliquerit.

Agnellus.

344 Denique ex hac oris, & vocis metaphora concinnè explicatur, qua ratione Dei Filius è caelo in uterum Virginis descendit, quin Patris sinum reliquerit. Sic probat Agnellus Episcopus Ravennatis Episc. ad Armenium de ration. Fidei, tom. 3. Biblior. Restat, inquit, ut hoc quaeratur ab Heretico: cum formam servi suscepit Filius, & venisset in mundum, si deseruit Patrem? Ad hoc respondendum est: Si Verbum, quod exierit de ore meo & introierit in aurem tuam, & per aurem tuam in corde tuo cæperit manere;

die mihi; numquid, quia in tuo pectore manet, Explicatur jam in meo pectore non est? Si ergo inter sensus, per meum os egressus, in tuam mentem ingressus, meam non deserit animam; quanto magis ex Patre Deo egressus sermo Patris pectus deserere non potuit? Nam ipse Filius dicit: Ego ex corde Altissimi prodivi: & Pater dicit: Eructavit cor meum Verbum bonum. Bellissimè ad rem nostram.

SECTIO VI.

Eximium Incarnationis beneficium, utpote summum amoris opus, ex corde Altissimi ortum trahit.

345 Terum rationis trutinæ mandanda Sitaracis verba, juxta aliam oris acceptionem pro corde, & Agnelli translationem; Ego ex corde Altissimi primogenita: ut hinc, à quo ortum trahat summum Incarnationis opus, expendamus. Certè à corde Paterno suam duxit originè Christus Dominus, quia homo est profectus: ut sic ostendat, beneficium summi esse amoris opus, eximiumque eximiae dicitur argumentum: cor enim domicilium amoris est; imò, ut aiebat supra c. 3. Honorius, Per cor amor intelligitur, qui in corde esse dicitur. Ex toto corde dilexit nos Deus, quando hominum amore sic exarsit, ut humanam induerit naturam, artus sibi assumpsit infantiles, cum hominibus conversatus est, & mortem Crucis subit acerbissimam: atque ita confors factus naturæ nostræ, nos suæ Divinitatis consortes effecit, ex inimicis amicos, ex servis filios, & coheredes divinæ gloriæ. O summum dilectionis opus! Hinc Joannes c. 3. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. In quæ verba Jobius Monachus lib. de Incarn. Christi c. 14. in Bibliotheca Photii sic venuste: Qui inseparabilem Dei erga nos amorem ostendere conatur, non hoc commemorat, quòd ab initio hominè formaverit, neque quòd suam ad imaginem hunc effinxerit, ut nec quòd magnum aliquod, aut admirandum opus suscepit. Quid igitur? Filii ipsius per carnem adventum refert, per quem uique nostra est patrata reformatio. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit pro mundi vita. Etenim licet Deus optimus maximus nunquam non ingentia suæ dilectionis erga homines signa dederit; videlicet in mundi conditione, hominum creatione, conservatione, propagatione; nam charitate perpetua dilexit nos Jer. 31. 3. Jerem. 31. 3. vel juxta Hebræam vocem olam, charitate seculi antiqua: signa tamen hæc scintillula quaedam erant spartæ in nos, ex ingenti amoris igne in corde divino residentis. Ast cum quaereret signum infinitæ dilectionis infiniti, unam reperit Filii dilectissimi Incarnationem, per quam totus sui cordis, suæque dilectionis ignis facilè omnium oculis splendescit, totusque ignescit mundus, spirat, vivit. Subinde Joannes 1. Epist. c. 4. v. 9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

Per cor amor intelligitur, quo nos Deus summi dilexit dans nobis filium suum. Honor.

Joan. 3. 16.

obius.

Joan. 4. 9.

346 Latet in occulto cordis amor, qui ex impulsu ipsius cordis proficiscitur; quoad usque per verba oris innotescat, & sic in lucem cognitionis veniat: uti eleganter expendit S. Ennodius lib. 4. Epist. 25. Decorato, in hunc

Latet in corde amor, quo ad usque per verba innotescat.

hunc modum: Recte creditur, enunciatrix lingua esse penetratum, quia latentis secreta anima ad lucem vocat eloquio. Nesciretur amor peccatorum, nisi illum sermo proditor indicaret. Latebat plane in Dei corde immensa amoris flammam; exardescerebat divinum Numen salutis humane desiderio: prodit tandem ex intimo Paterni pectoris recessu Filius; qui cum esset aeternum Genitoris Verbum, caro fit, & carnem assumendo insonuit ad instar exterae vocem assumendo insonuit ad instar exterae...

Sic in Dei corde divinus amor, usque ad incarnationis opus.

1. Tim. 3. 16.

107

Incarnationis mysterium extat magnum amoris sacramentum, manifestatum in carne. Deus manifestus in carne, ejus amor manifestus.

S. Aug.

S. Thom.

Cur Spiritui S. attribuitur Incarnationis opus.

Psal. 44. 1.

Ex corde Deiparae Christi.

nium & necessarium mysterium est pretiosissimum; siquidem in ea, tanquam in corde, fidelium vita Christus habitavit, cum Deus esset & Verbum. Ideo Verbum bonum appellavit; quoniam cum carne illum Mater parturienti eructavit. Vides qua ratione ex corde Virginis Christus prodierit, ut Verbum bonum, voce, id est, humana natura indutum? Hinc splendor conciliatur sententiae aliquorum (quos memorat noster Salomon tom. 3. tractatu 9. fol. 99.) pie existimantium Christi corpus fuisse efformatum, non ex quolibet corpore fuisse efformatum, sed ex sanguine sanguine corporis Virginis, sed ex sanguine virtute Spiritus sancti de corde Virginis erutis, & in utero illius ad illud opus repositis. Cum enim constet ex S. Damasc. lib. 3. Orthod. fidei c. 2. cui adherent S. Thom. 3. p. q. 31. a. 5. & ejus discipuli, Corpus Christi coalitum fuisse ex castissimis, & purissimis sanguinibus Virginis; de sanguine cordis Virginis, qui purior plane est, debuit formari, virtute Altissimi Matrem Virginem obumbrante. Hac forsam de causa dictum Virgini a Spiritu sancto ejus sponso Cant. 8. 6. Pone me ut signaculum super cor tuum. Victorius Scialah in translatione sua ex lingua Chaldaea, pro signaculum vertit, annulum, qui in sponsae ditionis; & fidei servandae pignus. Atque ita etiam vertit Thargum in Chaldaica Paraphrasi: Sicut sculpturam annuli super cor tuum; sicut sculpturam annuli super brachium tuum. S. Hieron. in Epist. ad Eustac. transfert: Pone me sicut umbraculum super corde tuo. Quod respexit B. Alcuinus in Poematis num. 3. ubi Angeli verba Luc. 1. 15. sic elucidat: Virtus ecce tuo confert umbracula cordi.

Hesyech:

Ex purissimo Mariae cordis sanguine formatum Christi corpus.

S. Damasc.

Cant. 8. 6.

S. Hieron.

Alcuin.

Virginis cor divino inflammatum amore, ut Christum conciperet. Guiliel.

Incarnationis mysterium in rubo Moysae adumbratum. Exodi 3. 2.

Clem. Alex.

Divina ibi visio formata lucis; sermonis, vocis; est sive locutionis.

paruerit Dei Filius humana viri specie indutus; Dei Verbum per carnem assumendam sermo; aut vox factum; vox quidem ex ore Altissimi proditura. Sed expende, unde haec vox apparuerit: In flamma ignis de medio rubi. Ex Hebraeo multi legunt: In corde ignis de medio, aut ex medio rubi: est enim Hebraice, belabab, id est, in corde. Plane in corde, vel ex corde ignis Verbum divinum virili specie ignita apparuisse dicitur, id est, de corde Dei, qui ignis consumens appellatur Deut. 4. 24. Per ignem autem in rubo visum, Deitatem ipsam designari, Deique amorem, & zelum, multi arbitrantur cum S. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 16. & patet ex Deut. 4. v. 36. 37. & 38. Quae omnia si recte expendantur abunde probant, summum Incarnationis beneficium, utpote summum amoris opus, ex corde Altissimi amore exardescens produsse.

In medio rubi, id est, in corde ignis, vel ignis.

לבה

Isaia visio c. 6. P. Incarnationis mysterio, amoris opere.

Carbo ignitus verbum Incarnationis.

S. Damasc.

Cant. 4. 9.

Dum Virgo divinum verbum in utero suum traxit, cor ipsum Deo abstulisse dicitur amoris sedem.

vertit: Inflammata sunt corda nostra: id est, amore tuo corda nostra exardescunt; vel summo amore te corda nostra prosequuntur. Chaldaeus legit; Infixus est in tabula cordis mei amor tuus soror mea. S. Ambros. Ser. 11. in Pl. 118. effert: a corde me cepisti. LXX. Interpretes habent, cor abstulisti nobis, seu excordasti. Ambrosius in eum Pl. ser. 16. cor meum cepisti. Hebraei veteres Hispanienses, desacorazonaste me. Deipara ergo sanctissima, cordis divini conscia, nihil potius, & antiquius Deo cordi esse novit, quam ut in utero Virgineo Verbum homo fieret. Ideo votis, suspiriis, & precibus amore flagrantibus, Dei cor inflammabat, donec divinum Verbum humana formam indutum in utero suo habuit, & in Bethleemico stabulo vidit. Sic a corde Deum cepit, sic abstulit Deo cor: quia e caelo ad terras traxit Dei Filium paterni cordis partum, divini amoris opus; Christum nempe, qui ex corde Altissimi prodit. Opportune hic Anselmus de Concep. Virg. c. 18. relatus a S. Thoma 1. distinct. 44. q. unica a. 3. ad 3. Decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem corde suo aequalem sibi genitum tanquam se ipsum diligebat, ita dare disponebat.

95

351 Denique, ut huic annotationi coronidem apponam, observo quod notum omnibus debet esse; nempe verba, quae amor exprimit, efficaciore vim habere ad suadendum. Sanè dilectionis mensuram sequitur verborum veritas, & copia. Adama ardentius, atque ipsos Tullios, & Demosthenes eloquentia sententiarum, & verborum ubertate vincens. Observavit hoc sapienter, ut assolet, noster Salazarus ad illud Proverb. 16. 23. Cor sapientis erudit os ejus, & labiis ejus addet gratiam. Ubi cordis nomine, quod sedes amoris est, animi benevolunt affectum, amorem, & dilectionem, capiendum esse putat. Si enim amor adfit in corde, ex corde loqueris, verba pura, elegantia, & sublimia cor ipsum, seu amor ipse suggeret. Imò si auditoris hebes ingenium sit, orationem tuam, sermonem, & vocem amor ipse rudi discipulo aptabit, verborum sublimitatem deprimet ad audientis captum. Confule S. August. in lib. de catechizand. rudibus c. 10. ubi argute pro hoc argumento, illud preme; Num delectat nisi amor invitet, decurata, & mutila verba immurmurare? Et tamen optant homines habere infantes, quibus id exhibeat. Nam saepe videas gravissimos viros ex amore infantium mammas, & tatas suavissimè recolentes. Sic cordis amor erudit os loquentis; linguæ copiosa, apta & captivè discipulorum accommoda verba suppeditando, salem, & leporem ministrando: & labiis ejus addet gratiam.

S. Ansel.

Dilectionis mensuram sequitur verborum ubertatem & copiam, vel rudi discipulo aptata.

Prov. 16. 23.

S. August.

352 Hinc jam apparet, quo mysterio in cordia veniant illa duo; Ego ex ore; & ego ex corde Altissimi prodivi. Certè Christus Dominus, quia homo est, ex ore Altissimi prodit, ut sermo, ut vox, & quasi vocale Verbum sensibus nostris, humanoque captui pervium, & accommodatum fuerit, amoris opus fuit. Quod Dei verbum humano captui pervium, & accommodatum fuerit, amoris opus fuit.

350 Hinc forsam B. Virgo, dum Verbum divinum in suum uterum e caelo traxit naturam humanam induendum; dicitur vulnerasse Dei cor, imò cor ei abstulisse Cant. 4. 9. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculo tuorum, & in uno crine collitui. Per unum oculorum Deiparae, Ruperto interprete, intelligitur sanctarum cogitationum, & precum intenta in Deum perseverantia indefensa charitate. Per crinem unum, nimia Virginei cordis humilitas. Certè Dei genitrix Virgo votis suis, & precibus; charitate, & humilitate sua verbum divinum e caelo in terras demisit. Ut verò manifestet Deus quid hic Christi adventus in suo pectore effecerit, vulnerasti, inquit, cor meum. Victorius Scialah in sua translatione ex lingua Arabica paruerit

paruerit